

heus, Chreme, quod quaeri', Pasibulast. *CH.* ipsa 945  
 (ea)st. *CR.* east.

*PA.* ex ipsa miliens audivi. *SI.* omnis nos gaudere hoc,  
 Chreme,

te credo credere. *CH.* ita me dī ament, credo. *PA.* quod  
 restat, pater . .

45 *SI.* iamdudum res redduxit me ipsa in gratiam. *PA.* o  
 lepidum patrem !

de uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes? *CH.* causa  
 optumast ;

nisi quid pater ait aliud. *PA.* nempe id. *SI.* scilicet. 950  
*CH.* dos, Pamphile, est

decem talenta. *PA.* accipio. *CH.* propero ad filiam. eho  
 mecum, Crito ;

nam illam me credo haud nosse.—*SI.* quor non illam huc  
 transferri iubes ?

50 *PA.* recte admones : Davo ego istuc dedam iam negoti.  
*SI.* non potest.

*PA.* qui? *SI.* quia habet aliud magis ex sese et maiu'.

*PA.* quidnam? *SI.* vinctus est.

*PA.* pater, non recte vinctust. *SI.* haud ita iussi. *PA.* 955  
 iubē solvi, obsecro.

*SI.* age fiat. *PA.* at matura. *SI.* eo intro. *PA.* o faustum  
 et felicem diem !

v CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

*CH.* Proviso quid agat Pamphilūs. atque eccum. *PA.*  
 aliquis fors[itan] me putet